

74



Wimmelband

U. q. 97.



COLLEGII FEUDALIS
DISPUTATIO X.
DE RECOGNITIONE
FEUDI,

Quam,

D. O. A.

PRÆSIDE AMPLISSIMO
ET CONSULTISSIMO VIRO, DN. THO-
MA FRANZIO, IC. Clarissimo, & Professore
feudorum in Includâ Vitembergâ Ordinar.


Publ. defendere conabitur

IOAN: GAILKIRCHUS,
Hamburg.

Ad 7. Ianuarij, horâ VI. & seqq.



WITEBERGÆ,
Typis M. Georgij Mullerj,
Anno M. D. XCVII.


TAM EXIMIAE DO-
CTRINÆ, QVAM PRÆCELLEN-
tium virtutum Laude Clarissimo Viro, Dn,
THEODORO RADEMINO Doctori
IURISCONSULTO,

ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS
HENRICI IVLII, DVCIS BRVNSVICENSIS
& Lunaburgensis Consiliario meritissi-
simo, &c.

Domino ac fautori meo obnixè
colendo

*Hanc de RECOGNITIONE feudi
disputationem,*
L. M. Q.

D D.

IOAN: GAILKIRCHUS.

*WILHELMUS
Typogr. Georg. Kallisch
Anno MDCCLXXII*

DE RECOGNITIONE FEVDI.

CONTINUATIO.

Successio in feudo nulla est, nisi cōfirmetur recognitione: De qua superest ut hac disputatione agamus.

THESIS I.



Ominium quippè, ILLO, qui præstitit, & CUI exspirantib⁹, una cum promissis, alijsq; oneribus feuda pãsim comitantibus, tanquam personale, exspirat; (α) exspiratum igitur resuscitandum per INVESTITVRAM; (β) quæ minimè nova, sed primitus factæ saltem confirmatio; (γ) præterquam quod Vasallo possessionem, utpote quæ ne quidem iure suitatis; aliter atq; Rosenthalius & Dd. communiter docent, resideat penes ipsum, de novo concernat. (δ)

(α) c. veritatis. vbi Innoc. & Dd. c. veniens. ex de iurejur. l. 2. in fin. ib. Gothofr. ex Cuiac. 19. obs. 23. D. de usufr. legat. Covar. in c. quamvis 1. p. 5. n. 4. de Pact. in 6. Anton. Gabriel. comm. concl. tit. de iurejur. Laur. Sylvanus in tr. de Recogn. feudi. q. 12. n. 6.

(β) 1. feud. 14. 2. feud. 3. & 32. vers. de veteri. Pistoris 2. q. 47. n. 1. Iul. Clarus in §. feudum q. 49. Molinaus in Consuet. Paris. §. 2. §. 4. n. 49. VVesembec. de feud. c. 8. n. 23. Alij autem alios prætendunt Recognitioni fines: ac si fieret ad signum reverentia: 1. feud. 23. Borcholt. de feud. c. 7. n. 30. Fr. Curtius in p. 4. causa 23. Mozzius de substan. feud. n. 4. Schneiden. de feud. p. 5. n. 4. cui sane primus, quem & Rosenthal. c. 6. de feud. concl. 49. ex Hotom. cons. 32. n. 2. mutuatus, includi potest. Iason. & Dd. in l. Gallus §. quidam D. de liber. & post. Neve Domini Iura longinquitate temporis & mutatione successorum interverteretur. arg. c. longinquitate. c. sepe 12. q. 2. l. plures apochis 19. C. de fide Instrum. Bal. in Auth. si quas ruinas C. de SS. Eccles. Syl. d. loc.

d. loc. n. 1. & 2. Vultei. de feud. c. 7. n. 58. Planè etiam præter
eas esse urgentissimas utilitates non abnegarim, ut hisce motis
ferè semper Reges & Imperatores in incipio principatus fidelita-
tem civium suorum renovarint, quemadmodum exempla videre
sunt ap. Ioh. Tritem. cap. 33. Albert. Kranzium lib. Nortmann:
4. c. 24. Othon Frisingens. lib. Frid. 2. cap. 12. Et quod dubium
possit esse ex lib. 1. tit. 14. §. 2. an etiam in non regalibus feudis
apud minores vasallos Recognitio sit solita, Hotom. de feud.
cap. 27. id excutiendum. Atq; quod in d. t. 14. §. 2. minus plenè
dictum, supplendum erit, collectis & inspectis c. un. quo temp. mil.
c. un. de Capit. Corradi. c. un. §. ult. de prob. feud. alien. per Lo-
thar.

(γ) Schraderus p. 6. de feud. cap. 3. n. 29. Bellamer: in c. trans-
missa n. 15. & 20. de Elect. Curtius p. 2. de feud. Laicor. n. 37.
3. q. Sylvan. de feud. recogni. q. 34. n. 2. & 5. Semperq; in illa
repetita censentur prioris Investitura clausula & cautela Id.
in c. 1. per quos fiat Investit. Alb. Brunus. cons. 1. & 29. & 57.
Vultei. d. feud. c. 7. n. 59. sin vero non inveniuntur repetita:
ibi tùm **R E C O G N I T I O** præsumitur aut errore aut impres-
sione facta. Schrader: p. 6. de feud. cap. 4. n. 43. Specul. tit. de
feud. §. quoniam vers. & modo. Sylvan. de recogn. feud. q. 38. n.
3. Atq; nihilominus primæ Investiturae statur. Curt. jun. p. 7. q.
7. & cons. 108. n. 18. Nevizan. cons. 11. Cephal. cons. 12. n. 1.
& cons. 27. n. 1. & seq. vol. 1.

(δ) l. cum heredes 23. in pr. l. 30. §. 5. D. de Acquir. poss. l. 20.
D. de Usucap. cum possessio facti sit l. 3. l. quadam D. de Acquir.
poss. l. fin. C. de edict. D. Hadr. Bellon. 4. supput. 15. n. 5. Me-
noch. de adipisc. poss. remed. 4. n. 8. Oldendorp. cl. 5. de Act.
benef. Hancq; sententiã post maturam deliberationem etiam Ca-
mera amplexa est. Gail. 2. obs. pr. 152. n. 12. cum seqq. Min-
syng. cent. 3. c. 38. Diss. Duaren: in comm. c. 13. de Liber. & pos-
sum: hered. inst. Rosenthal: de feud. c. 6. concl. 46. Alvarot.
Prepos. & alij in c. 1. §. fin. de feud. cogn. Coras. 6. misc 12. n.
6. Quorũ opinionẽ neutiquã Rabiliet L. cum miles 30. D. ex quib.
causis. cum agat de Usucapione arg. l. 19. d. t. qua multis modis
divisa est à possessione, siquidem capta etiam, antequam heredi-
tas adeatur, impleatur, l. captam D. de Usucap. Bronchorst 2.
Wart: 64. Minus verò l. 2. §. filium D. pro herede, ubi ratione
donat

donationis naturaliter viuo patre filius possederat. Adde Alciar.
¶ parad. 15. Sed quid si fieret istiusmodi RECOGNITIO apud
rem ipsam & in re presenti? Vtiq; tacito sensu videbitur tradita
possessio. argto l. clanibus D. de Contrah. emt: Dd. dd. LL. gl.
Communiter approbata in c. i. § fin. de feud. cogn. in verb. fin.

11.

Sin autem RENOVIATIO quidem sese referret ad
Antiquam Investituram; nec de eâ quid certi constaret; forte
Dominus dixerit: CONCEDO tibi fundum Mævianum
aut in illo loco reditum FOENI, prout à me aut Majoribus
meis, tui Majores in feudum tenuerunt. Quibusdam & nobis
placuit nonnullis dissentientibus, quatenus habilis fuerit reci-
piens, esse feudum inductum (α) & quidem præsumtum anti-
quum. (β)

(α) argto l. si donatio C. de donat. l. 1. C. de Episc. & Cler. l.
ex hac scripturâ D. de donat. l. 1. C. de falsis l. demonstratio §
quod a. D. de Condit. & dem: Specul in t. de instr. edit. § restat
vers: pen. Ioan. Andr. in Addit. ad peculat. t. de feudis § 1.
vers. pono. Oldradus cons. 133. & cons. 12. Frustra autem ad-
versus hanc decisionem considerant multi Auth. si quis in aliquo
C. de Edend. siquidem loquatur de priori documento, quod nec
habebat, nec ejus vicem aliud sustinere poterat. Sylvan q. 34.
Ast præsupponimus hic Recipientem posse etiam nullis alijs
Investituris præuis novis conformare sicq; vicem veterum
de facili sustinere. argto dd. ll. Secernendi tamen sunt hic quidam
casus: ut si RECOGNITIO in genere facta, argumento l. 3.
§ in certa l. Locus l. si quis fundum D. de Acquir. poss. l. si sic
§ si mihi D. de Legat. 1. Aut alias ad fallacem vasalli adsertio-
nem sub & obreptitie elicitâ l. si quis obrepserit D. de falsis l.
fin. C. de divers. Rescri. l. præscriptiones l. pen. l. fin. C. si contra
jus vel util. publ. Aut deniq; clausula SALVO IURE nostro
adjecta fuerit argto c. examinata & ibi gl. & Abb. ex. de con-
firmat: utili l. si debitor 4. § 1 D. quib. mod. pign. vel hypoth.
toll. Alex: cons. 59. 1 L. Lis namq; casibus potius præsumitur
ERROR & ignorantia, quàm conformis & deliberata con-
cessio. Schraderus de feud. p. 6. cap. 3 n. 32. Rosenthal. de feud.
c. 6. concl. 116. Sylvan. d. tr. q. 35. per tot.

(β) c. 1. per quos fiat invest: Baldus in l. 1. D. de rer: divis.

A 3

maximè

maximè cum concedatur sub commemoratione antiquarum In-
vestiturarum. Aretin. in l. si mihi & Titio. col. 5. vers.
secundà qu. D. de P. Obl. c. i. de vasallo decrep. etat. Brunus cons.
78. Laurent. Sylvan. tr. de Recogn. feud. q. 37. Rosenthal: 6
6. de feud. Concl. 128.

I 11.

Sed è diverso quis rem suam allodiam pro feudali, (α)
Feudum rectum pro degenerante Guardia aut Conditionato
(β) recognovit, quid dicemus? siquidem certa scientia, metu
omni seposito, præcesserit: (γ) Illa quidem certo recognoscen-
tis & suorum heredum respectu, modòne filiarum legitima
minuatur (δ) feudi naturã arripiet: Hæc neutiquam in præju-
diciu agnatorum eã (ε) ratione innovari poterunt.

(α) arg. l. qui rem, ubi Dd. Locat. l. 28. D. de Acq. pos. ib. Al-
ciat. & vol. 1. cons. 12. n. 2. Guido Papa q. 272. Rap. Cuma-
nus cons. 157. Iacobin. de S. Georg. vers. dictiq. vasalli promi-
ser. recogn. 21. 24. & 27. Alex. cons. 29. vol. 5.

(β) Balbus 2. p. 3. part. pr. q. 10. n. 26. Rosenthal. de feud.
c. de form. feud. 6. concl. 120. Dd. & Pet. Ravenn. in c. fin. de
feudo Guard.

(γ) l. ad probationem 23. C. de Locat. & cond. nemo etenim su-
um facile jactarit l. cum de Indebito. de proba. proinde, ut aliàs
semper, agens de damno vitando præsumitur per errorem fecisse.
l. sed etsi me putem 22. in pr. & ib. Ias. D. de condit. indeb. l.
si post divisionem 4. & ib. Br. & Dd. C. de Jur. & facti ignor.
Alciat. cons. 12. vol. 1. n. 2. sic etiam hic Alex. cons. 56. n. 17.
Dis. Schraderus & quos ille allegat p. 5. cap. 5. n. 11. dum diver-
sitate aliquam inter civilem & Ecclesiasticam personam com-
miniscitur, atq. statuit aliud esse. Rem tanquam domini. an tanquã
propriam quis recognoverit.

(δ) arg. l. si tota res cum reliquis C. de Inoffi. donat. atq. sic quasi
quedam donatio est, Zasius de Feud. c. 5. n. 36. & seq. Hanne-
tonius 1. d. feud. c. 5. Duaren. de feud. c. 6. An autem respectu
agnatorum quoq. hæc recognitio quid operetur, ita ut se Agnatus
in ea suadare possit, elegans est cognitum & adsertione questio?
Negativam acceptabo: cum res inter alios acta alijs ut nec nocere
sic nec prodesse debeat. arg. c. post electionem, in fin. ex. de conce.
prebend. tot. tit. C. inter alios acta. Alciat respons. cons. 15. n. 2.

CUM

cum seqq. vol. 3. Dis. Rosent. de feud. c. 6. concl. 125. in not. ex
Baldo c. 1. coll. pen. & fin. quid sit Investit. Sylvan. d. tr. q. 36. in
fin.

(e) c. un. §. Titius. si de feudo def. cont. Mynsing. 4. cent. obs.
85. Gail. 2. obs. 50. n. 11. & 12. VVurmser. 1. de feud. pr. obs. 5.
Hieron. schurff. 1. conf. 4.

IV.

Id etiam huc adnotasse operæpretium erit, ejusmodi Re-
cognitiones contra TERTIUM jus nihil posse: Ideoq; etsi quis
a Principe censum aut vectigal carnis in aliquo castro recogno-
verit: id tamen nullum jus contra habitantes castrum inducere
cum Rosenthalio defendemus, tantum abesse, ut ex hujusmodi
recognitione dominium principis firmiter probetur.

l. que quisq; 64. D. de Acquir. rer. dominio. l. censualis. l. si
functiones. ubi Dd. C. d. donat. l. 4. §. 4. D. de censibus. l. si
pater 8. C. de Action. empti. Guido Papæ q. 272. utrum Dominium
n. 2. Hotom. conf. 11. Curtius p. 2. membr. 2. de feud. Laicorum
n. 41. Alex. conf. 12. Rosenthal. de feud. cap. 6. concl. 126. Ast
Census Dominium principis universale præsupponit. l. census. D. de
probat. l. 4. §. 1. D. de censibus. Cicer. pro Flato: constabat inter
omnes alicui Censendo Decimus sua facere posse &c. Videbimus
disputando. adde Nov. 123. Molinaum in consuetud. Paris. tit. 2.
de consuet. in pr. n. 15.

V.

Hosce extra casus, & similes, regulatur, ut dixi, ad priorem
Investituram RECOGNITIO: quæ peragenda erit loco
congruo & tempore (α) non quidem ad omnem Domini RE-
QUISITIONEM (β) sed demum post mortem domini vel
vasalli cum veram, tum fictam (γ) ab accepta noticia (δ) aut he-
reditate adita (ε) non expectata prævia aliqua citatione (ζ) intra
annum & diem (η) differentia quam sibi maximæ auctoritatis
IVRISCONSULTI Sylvanus, Schraderus, Sonsbeckius &c.
confinunt, vasallum, militem, Baronem, Nobilem inter & Pa-
ganum, penitus sublatâ (θ) Idq; tempus sicuti dominus invito
vasallo minimè coarctare, ita nec vasallus domino Invito pro-
rogare poterit (ι)

(α) arg: l. si soluturus. D. de solution: l. usuras. C. de solut: Iason
in l. non solum. § morte. coll: 24. n. 43. D. de Operis novi nunt.
Dd.

Dd: communiter in c. 1. quo temp: mil: à pari enim procedunt
 non facere actum & incongruo loco tempore facere. l. si putator
 D. ad l. Aquil: l. si rem § fin. D. de Evict: Quid autem si dimidio
 uictis ultimæ pænæ effluxo Vasallus Recognitionem petitem ad-
 venerit? contra aliquot dissentientes adseram Vasalli excusatio-
 nem. Salicet: in l. non minorem C. de transact: Laurent: Sylvan:
 de feud: recogn: q. 18. n. 8. qui optimè respondit ad obstantes L. 2.
 § si quis D. si quis caution: c. cum in veteri ex. de Election: Diss:
 Modern: Neapol: in rubr: quo temp: mil: Extra territorium ta-
 men factam RECOGNITIONEM de Iure validã puto: cum nul-
 lam causæ cognitionem requirat. Dd: in c. 1. in pr: per quos fiat
 Investit: Iason in l. fin: in 16. limit: D. de jurisdic: illis respectibus
 missis, utrũ voluntariæ jurisdictionis sit, an contentiosæ REC O-
 GNITIO, quos explicat Sylvan: de Recogn: feud: q. 19. ex
 Mod: Neapol: in rubr: quo temp: mil: vers: venio ad 2. q.
 (B) Sylvan. tr: de feud. recog: q. 21. Dn. Vultejus De feud. c. 7.
 n. 60. in fin. Diss: Iacob: de S. Georg: in tr: feud: verb: dicti q.
 vasalli promiss: recogn: Bl: ad l. plures C. de fide instr: & in Auth:
 quas ruinas C. de SS. Eccles: si modò tenor Investituræ &
 Consuetudo Patriæ minimè refragãrit: Rosenthal: 6. de form. feud.
 concl. 105. Ille namq; est attendendus potissimum; c. 1. § præterea.
 quid sit Investit. c. 1. § notandum, de his, qui feud. dar. poss. arg.
 l. contractus, D. de R. Iur. l. 1. § si convenit, D. de depositi. Schrad.
 de feud. p. 6. c. 2. n. 74. Nec hæc negligenda. c. 1. & ib. not: de
 Matr: ad Morganat: contr: l. 1. C. quæ sit long: consuet: Alvar:
 in c. fin. n. 2. de feudi cogn:

(Y) c. 1. de caput: Corradi. Schrad: de feud: p. 6. c. 1. n. 1. Hotom.
 conf. 30. n. 21. Afflictis n. 81. quo te np: mil: Iura enim sæpius
 attendunt negotiũ & finem, arg: l. Iulianus II. D. qui satisfac:
 cog. l. quæsitum. § his. D. de peculio. l. Filie § Titia D. de cond:
 et demonstr: Ita etiam hîc attenditur principale propositum, quod
 reuenerit famæ, quamvis falsa, parère: arg: l. fin: § 1. D. ne quis
 eum qui in jus voc: l. eum qui nocentem § si injuriam D. de In-
 jur: l. si quis ex alienâ D. de Iudic: non autem quod secundariò se-
 quitur. l. si quis nec causam, D. si certum petat. v. Laur: Sylvan:
 de feud: recogn. q. 64. & 68. qui infinitos alios auctores allegat,
 & dissentientes solidè refutat.

(S) text: & gl: in c. 1. in verbo Infantia, in fin: quo temp: mil:

c. 1. § fin: & ib: Bl. & Dd. de Vasall: qui cont: Const: Lothar:
Lehenrecht cap. 50. Sonsbeck: p. 11. de feud. n. 10. Hartm: in pr:
oof: iii: de feud: obs: 9. Quippe qui ignorat, aut in facto errat
non videtur Dominum contemnere. l. si ignorans C. Locati l. ge-
nerali C. de tabular: lib. 10. Alex: cons: 40. n. 6. vol. 6. & vol.
2. cons: 14. Gail 2. obs: 48. qui allegat, Dn. Cameralium vota.
At si quis dubitareis l. iustici D. de Condict: Indeb: Dn. Vultejus de
feudis c. 7. n. 71. Rosenthal: concl: 83. Sylvan: de Feud: Recogn:
q. 65. in fin: Alvar: in c. 1. n. 11. quo temp: mil: Illud sane Indu-
bitū est: AFFECTATAM ET SUPINAM IGNORANTIAM
minimè excusare. § præterea de prohib: al: per Freder: l. nec
supina l. regula D. de iur: & fact: ignor: c. 1. de postul: prælat:
(1) idq̄ primū respectu heredis Domini arg: l. si intra utile § 3.
D. de Minor: l. 2. § in omnib. D. de Iudic: Oldradus cons: 71.
circ: fin: Etiam si ius sit, quoniam videatur per Beneficium absti-
nendi redactus ad instar emancipati. l. nam nec emancipatus D.
de Legat: 1 l. fin: § si verò C. de Iure delib: l. si paterna C. de his
qui in fr: credit: Diss: Sylvanus latius q. 79. per c. 1. quo temp: mil:
Deinde respectu Vasalli successoris; qui utut variè variè in hoc
articulo loquantur, secundum meam opinionem de Theoricâ ve-
ritate non cessare; sed potius sive agnatus sit, (non enim tum ad
Feudum ut heres admittitur arg: l. 5. § 1. D. de divers: tempor:)
sive suus heres: ne jus Domini diutius stet in suspensio. c. 1. an
Agnat: vel si: deff: Diss: Bl: in c. 1. de cap. Corradi Matth: de Af-
fluct: in c. 1. ubi & Alvarott. quæ fuit pr: benef: intra annum
& diem devotè cognoscere festinet: aliter Carolus Molineus in
consuet. Paris. tit. 1. § 1. gl. 7. n. 2. circa fin. & Lud. Schrade-
rus tr. de feud. p. 6. c. 2. n. 17. qui inter feudum ex pacto &
providentiâ distinguit atq̄ hereditarium ab hereditate insepara-
bile. adde Alex. cons. 79. n. 11. lib. 1. Rosenthal. c. 6. de feud.
concl. 78. Guid: Papa decis. 165.

(2) dd. c. 1. quo temp. mil. c. 1. de capit. Corrad. Wesenbec. c. 8.
n. 3. vers. nec hoc casu Sonsbeckius p. 11. n. 3 Rosenth. de for-
mâ feud. concl. 53. ubi sub (litt: a.) in marg: probè hanc senten-
tiam interpretatur.

(n) ut annus emergens 363. diebus id est 24. horis finiat Br. in
l. cum heres. § Stichus l. de Stat. liber. arg. l. 1. § annum D.

B

de Isti-

de Itiner. actusq. privat. l. 2. § 1. ubi Gotho. D. de V. Sign. adde
etiam quæ eleganter ad d. l. commentatus est Dn. Gæddeus. Quem
admodum Mensis generali vocabulo plerumq. si de evitanda pæ-
nâ queritur 23. sin de Extensione favoris 30. diebus circumscri-
bitur arg. l. 2. C. de tempor. appell. Sylvanus de Recognit. feud.
q. 11. & seqq. Ratio autem quâ de Recognitioni prædefinitus est
Annus & dies in obscuro videtur latere; & rectè moribus condus
natur Sylvanus de feud. recogn. q. 14. Iul. Clarus in §. feudum
q. 49. Schneidero p. 5. de feud. v. 5. Vultejus c. 7. de feudis n.
61. quamvis multi aliquam ab Edictalis & decretalis usu mutu-
atam subinde ingeminent, cum Iason. in prælud. feud. circa fin.
vers. 16 Alvar. in d. c. 1. in pr. col. 5. ex l. 1. §. decretalis D. de
succes. edict.

(D) 2. feud. 24. pr. 2. 2. feud. 55. §. præterea: Vultejus de feudis
c. 7. lib. 1. n. 61. Zasius p. 7. de feud. n. 1. Cujac. in d. c. 1. quo
temp. mil. & ib. Afflict. Miles enim & vasallus in iure feudali
pro synonymis usurpantur & d. c. scopus est in totum definire
tempus Diss. Minsing. 5. obs. 9. n. 1. Sonsbeck. p. 11. n. 7. Iul.
Clarus in §. feudum q. 49. n. 2. Vvesembec. c. 8. n. 3. Borcholt.
c. 7. n. 32. Duaren. c. 14. de feud. Sylvanus q. 8. Menoch. conf. 1.
n. 42. Gail. 2. obs. 152. Neq. tamen cum Cujacio & Hotomano
manum textui criticam admo vero; sed potius Eminentissimi I V-
R I S C O N S V L T I V U L T E I I ductum sequens salvo textu in
disputatione illum minimè nostræ sententiæ refragare ostendero.
Interim vero non insciaturus singularia quædam indulta ad
testamentorū factionem etiã modernis militibus competere: ut Vi-
glius latius disseruit Inst. de testamento mil. Cujac. conf. 49. Vau-
dus 1. q. 55. Gail. 2. pr. obs. 118. Diss. Dd. passim ex Accursio ad
l. pen. D. ex quibus causis major.

(1) conms Feudiste in d. c. 1. quo temp. mil. Chassaneus in consuet.
Burgund. rubr. 3. §. 1. n. 6. seq. Rolandus a. valle conf. 18. n.
12. vol. 1. art. c. indultum & ib. Dynus de R. Iur. in 6. l. 4.
§. quis condemnatus D. de R. Iur. Auth. ei qui C. de temp.
appell. l. 42. l. cum qui 41. §. quoties d. t. de V. O. Adversan:
te Iure Saxon. art 22. Lehenrecht. Schrader de feud. p. 6. c. 2. n.
3. Diss. in parte Sylv. de feud. recogn. q. 16. Quid autem si vo-
luntate vasalli imminutum fuerit hoc tempus; Vasallus nihiloma-
gis post tempore convento recognitionem fecit, an similiter fendo
cadat

cadat elegantis est questionis? Et feudum quidem precise non
perdere frequentius offendo à scribingibus receptum etsi addant
illi oportere illum prius estimationem feudi solvere si retinere di-
scupierit. Andr. de Isernia d. c. 1. in pr. Laurent. Sylvan. de feud.
recogn. q. 17. Schrader. de Feudis. p. 6. c. 2. n. 5.

VI.

Currit vero dictum temporis spacium, exceptis Impuberi-
bus & furiosis (α) passim omnibus, tam feminis, quam rusticis,
(β) etiam civitibus: puberibus, utut posteriores contra lap-
sum temporis ex Dd. traditis restitutionem poterunt obtinere:
(γ) Perpendi tamen hic solet & Domini ætas, ut si sit Infans
vel Infantia proximus & tutore careat, ab illo renovationem
petendi necessitas minimè Vasallo incumbat, secus si tutorem
habeat: aut proximus pubertati doli capax, quid agatur, cognos-
cat (δ)

(α) c. 1. in verb. Infantia quo temp. mil. c. Imperialem §. præ-
terea de prob. feud. al. c. 1. §. si quis. decess. si de feud. def.
controv. si tamen pupilli voluerint poterunt ipsi recognitionem
petere arg. dd. cc. & ib. Alvar. & Dd. Diss. Andr. de Isern. per
l. videamus in pr. D. de In lit. jur. quod non possint jurare, quem
satis refutavit Sylvan. de Recogn. feud. q. 54. & al.

(β) sicuti enim in alys causis non excusat muliebris fragilitas ita
nec in feudo, in quo natura realis cõplectitur Masculum & femina,
neq; contrarium invenitur de cõsum c. 1. de feud. femine. §. n. per-
sonam Per quos fiat investit: & Iuris errore non magis femina ex-
cusatur atq; masculus l. placet D. de Iure & fact. ignor. Alvar.
Præposit & alij in c. Imperialem §. præterea si quis in feudat. circa
sp. de prohibet. feud. alien. per Freder. Atq; ideo inclusimus unà
Rusticum quoniam & ille in ijs, quæ ad juris rigorem conservan-
dum tendunt, perspicax esse debet. Br. in l. 1. §. nunciatio D.
de oper. nov. nunt. gl. in c. ignorantia 1. q. Bl. in l. scimus. in pr.
q. 3. C. de Iure deliber. & in l. 1. C. de Iur. & fact. ignor. Dis.
Sylvanus de Recogn. feud. q. 60 ideo quod plerumq; masculinum
non solet concipere femininum arg. l. 1. in fin. D. de pecul. Alex
cons. 135. circa pr. coll. 3. lib. 1. & cons. 66. lib. 4. & cons. 9.
vol. 3. vers. præterea lio. §. sed rationem illam in disput. exami-
nabimus.

(γ) Socinus jun. cons. 115. n. 23. quia Ciuitas & Vniuersitas privilegio minoris utitur Iacob. de Aran. & Salicet. in l. re-
spública. 4. C. ex quib. causis major Schrader: de feud. p. 6.
c. 2. n. 29. Minor autem restituitur arg. c. restitutio ext.
de Restit. in integr. l. ait prætor in pr. D. de Minor: Alvarotus
& Præpositus & Afflicti in c. Imp. § præter: de prohib: feud.
alien. Curtius in tr. feud. 4. p. n. 46. Carolus Molinaus in
Consuetud: Parisiens. tit. I. § I. gl. 7. n. 2. in tantum ut ratio-
ne Individuitatis ex personâ istius Minoris, major non petens
Investiturum excusetur teste Sylvan: q. 58. argto, l. com-
munem D. quemad. serv: amitt. Vulteius de feud. c. 7. n. 66.

Neq; obstat § præterea c. Imperialem de prohib. feud alien:
& quod verba cum effectu sint intelligenda l. nomen filiarum §
fin. D. de V. sign. l. si quis alium § doctere D. ne quis eum qui in
ius vocat. Etenim hic concedimus ipso iure currere & contra il-
lum esse dandam restitutionem, id quod restitutionis proprium
esse liquet argumento t. t. C. si advers. Usucap. & docet Dn.
Vultej. alleg. loc. Diss. Sonsbeck, p. 11. de feud. Chassaneus in
Consuet. Burgund. sub. tit. de feudis § 2. vers & ita dicendum,
& c.

(δ) argto l. si infanti C. de iure de liber. l. pen. C. ad Trebell. l.
restituta § pupillus D. d. 1. At dices, investitura potest fieri sine
damno pupilli c. per quos fiat iurest. & fidelis debet denūciare pu-
pillo investiturâq; petere l. 4. § nihil inter est D. Manū: Sylvan.
q. 69. Rosenthal: c. 6. concl. 73. Schraderus p. 6. c. 2. n. 31.
Schneidwin: p. 5. n. 46. Id. largior Schradero d. l. quod si post-
quam Dominus feudi decesserit uxore prægnante relicta cura-
tor constitutus fuerit ventri, ab hoc esse exigendam RECO-
GNITIONEM Curt: p. 4. de feud. n. 56. Præpositus et Dd.
in c. 1. in pr. n. 1. in fin. Quæ fuit pr. causa benef.

VII.

Quo circà omnes vasalli necessariò sub pœnâ privationis
feudi coguntur Renovationem impetrare: Heredes quidem ob
Mortem sui antecessoris, etiam si hic antea pro se & successoribus
suis Domino et successoribus ejus solemniter præstiterit ho-
minium: (α) a deò ut contra quosdam jurisconsultos penden-
te postumi præteriti natali filium institutum, postposito præ-
teritionis alias ad hereditatis aditionem suspendendam valide

(β) omni

(8) omni respectu; similiter intra annum & diem petere debere omnimodò adfirmemus. (γ)

(α) argumento c. 1. quid sit investit: personale siquidem est iuramentum nec personam egredi pot: qui enim quis alterius animam cum effectu obligarit aut alienum factum promiserit? Dd. communiter præcipi è Ioan Andr. Hostiens. Butr. in c. veritatis ex: de iureiur. Speculat. in t. de feudis § quoniam verso hic est mota coll. fin. & in vers. seq. Georg. de S. Georg. in tr. feudorum in vers. qui quid: Invest. præst. jur. fid. coll. 9. verso. quæro subsequenter de quotid. quasi. Diss. Bl. in l. un. § excepto verso. & notat. quæ feud. C. de Caduc. tollend. dicens quod tale iuramentum ex parte jurantis si reale per text. in d. c. veritatis. Sed casus plane diversus ibi proponitur, cum quis ibi non solum Domino sed etiã successoribus eius iuraverat; utiq; vivente illo firmum nec libatum mansit: Ut supervacuum fuisset redintegrare Recognitionem: Dd: communiter tamen quo ad hoc diss. uti videre licet apud Clarum de feud. q. 49. n. 1. Sylvan. de Recognition. feud. q. 88. Sonsbeck de feud. p. 11. n. 17. Hart. Hortn. de feud. obs. pr. 20. In nostro autẽ casu præsupponimus iuratum esse dimortuum & dimortui heredes eo minime teneri. c. 1. de nova form. fidel. Vivius 1. comm. opin. verb. iuramentum pt. n. 9. Schraüerus p. 6. c. 2. n. 4.

(8) l. illud. § fin. d. de bonor. pos. cont. tab. l. ventris D. de Acquir. heredit.

(γ) cum in omnem eventum fac. teneatur. Alvar. præpos. & alij in. c. 1. in pr. quæ sit pr. caus. benef. amit. Iacob. S. Georg. tr. feud. in verb. qui quidem. Investit. præst. jur. fidelit. col. 12. Rosenthal. de feud. cap. 6. concl. 64. Diss. Modestin. Papiens. in tr. feud. n. 8. 3. pr. & l. antiq. D. si pars hered. pet. addito arg. c. 1. de Feud. Cognit. illam autem distinctionem inter Feudum divisibile & Indiv. sibile retinemus cum Curio Sylvano & alijs Dd. alleg.

VIII.

Elegans verò & gravissima hic progerminat dispectio: si ita Vasallus decedens plures post se reliquerit filios an quilibet filiorum recognoscere teneatur? seu si decesserit Dominus p'uribus relictis filijs an ab omnibus Investitura petenda? Priorem questionem simpliciter sive divisum feudum fuerit sive Indiv-

sum, adfirmandam esse statuimus: (α) alteram autem restrictio-
ne aliquā præmissā disputando adfirmativè inducemus. (β)

(α) omnes filii: ubi *Laudens. n. 1. Belviso Alvarott. n. 1. & pas-
sin Præpositus. Afflic. Isern. si de feud. def. controv. Vdalr. Za-
sius p. 6. n. 9. Sylvan. de Recognit. feud. n. 105. Hartm. Pistor.
p. 47. q. 2. Non enim ex persona heredum conditio obligationis
mutatur. l. 2. § 2. D. de V. obl. Alij aliter; & putant ideò omnes
deberi jurare Recognitionem; quia Iuramentum fidelitatis est In-
dividuum: arg: l. h. redes § an ea D. fam. ercisc. l. si cuius 13. D.
de V. usufr. l. si usufr. 9. in fin. D. V. usufr. quemadmodum caveat.
Quidam verò astrictum distinctionem in thesi propositam. ex. c.
un. § omnes; si de feud. con: sit inter Dn: & Vasallum. Sylvan:
d. loc: Cupicinus ad c. 1. si plur: sunt Dn: c. un. § 1. vers: præ-
terea ducatus de prohib: feud: alien: per Frider: corrigi more
suo textum d. § omnes, &c. Pistorius q. 47. n. 11. adserit unam
hic esse & fieri fidelitatem fictione Iuris: quem refutat Vultejus
d. loc: aliamq; profert: Videbimus quantum hisce excellentissi-
morum Dd. distinctionibus & traditis sit dandum.*

(β) Scilicet: nisi Domini convenerint, ut unì præstaretur fidelitas,
regulariter enim ab omnibus est poscenda fidelitas. *Laud: Præpos:
Alvar: in d. § omnes filij Molinæus § 2. gl. 4. n. 53. Diss: multi
superius allegatorū per text: in d. § præterea: confirmatur tamen
nostra sententia generali Germaniæ consuetudine: teste Zasio &
Lehenrecht art: 29. Schraderus p. 6. c. 1. n. 14. Neutiquam
verò hic quod multi Dd. faciunt, Vni Vasallo electionem attri-
buimus, sed potius heredibus Domini, arg: l. stipulatio § quesitū
D. de operis novi nunt: Isernia in c. 1. n. 5. & 16. Præpositus n. 2.
si de feudo def: Diss: Iacobus de S. Georgio in verbo, qui quidem
Investiti n. 28. Sylvan: de feud: cogn: q. 106. n. 2. & allegati
aliq; à Vultejo. Oportet quippe Vasallum postulare & sollicitare,
ut Domini communi consensu statuatur inter se, cui cum hominum
sum servitium præstet. arg: l. hæc operæ 23. § 1. D. de Oper: li-
ber: l. jam tamen 5. § si tamen D. judicat: Solvi: Hotom: de feud:
disp: 29. Sanè si illi non poterunt in Electione consentire, Vasallū
aliquem possunt eligere qui dignior est. &c. Pistor. d. c. n. 27.
Boer: in consu: Burdegali: sub. tit: de feud: § 10. l. fin: D. de fide
Instr: Sylvan: de Recogn: q. 106. n. 2:*

Post

Post suos heredes proximiores Agnati Recognitum Investituram similiter venire debent: (α) Sed quid si unus alteri partem suam feudi communis refutaverit? siquidem refutans nondum jurarit non cogetur denuò recognoscere: (β) aliàs autem à die refutationis (ut semper) computando recognoscet justè: etiam si refutans ille adhuc vivat aut usumfructum sibi in eo retinuerit, (γ)

(α) *Lua: Schraderus tr: feud: p. 6. c. 1. n. 8. arg: § omnes. c. un. si de feud: defunct: contr: cetero qui non quidem ad Dominum, sed ad reliquos agnatos devolvetur. Alvar: c. 1. § fin: 22. concl: ib: Præpos: que fuit pr: causa Curtius in tr: feud: 5: part: n. 12. Diss: nonnihil jus Saxonicum secundum quod omnes Agnati etiã Remotissimi coguntur petere, teste Schradero de feudis c. 1. p. 6. n. 9. Atq; huc commodè referri poterunt illa que de singulari Successore putà donatario, Emptore extraneo: &c. unanimi voce Dd. scribunt. Matth: de Afflic: n. 33. per quos fiat Investit: Iacob: de S. Georgio in tr: verb: & cum pact: cl. 2. n. 41. Zasius in tr: feuda: 7. p. n. 1. Curtius de feud: 4. pr: n. 149.*

(β) *gl. in c. 1. § sed & 26. in verb: proximior: ad fin: in tit: per quos fiat Investit: Isernia Alvarot. Præpos. Idemq; judicium erit de parte fortè neglectà que accrevit alteri jure summo, cum aliàs JURISCONSULTI judicent de augmento eadem que de toto, arg. & ib. communiter Dd. in l. inter socerum § cum inter D. de Pact. dotal. l. etiam C. de jure dot. § si quis autem in Auth. de hered. & Falcid. Secus tamen est si Refutans aut omittens de partibus fuerint Investiti. c. 1. quo temp. mil. Jul. Clarus d. q. 46. n. 12. Pistor. q. 47. n. 13. Rosenthal. c. 6. concl. 60.*

(γ) *Curtius p. 4. n. 149. Sylvan. q. 90. n. 3. Chassanens in consuet. Burgund. § 8. modò possessionem transfulerit, argumento eorum que Sylvan. q. 75. tradidit.*

Hi tamen sæpius excusantur à RENOVATIONE Investituræ justis causis in principio cursus anni & diei existentibus, (α) ubi quæritur an quælibet causa etiam non definita, si tamen justa videatur, excuset? (β) an ex post facto post ceptum Anni & Diei cursum interveniens? (γ) In utraq; quæstione affirmativam amplecti sententiam promptius erit,

(α) quæ

(α) quæ effectualiter vasallum impediunt arg. l. qui commea. & ib. Br. D. de re milit: Imola in cl. m. 2. de etat. & quali: atq; do- lum malum omnino excludunt. per. c. fin. de prohibu: feud. alien. per Lothar. Clarus 5. sent 60. n. 22. Gabriel. 7. comm. concl. 4. de Maltes. concl. 8. demq; totum tempus absorvent Buir. Abb. Imola & alij in c. ex ratione ext: de Appellat.

(β) Dd. in c. 1. quo temp. mil. Adeo. ut huic. cap. Roseuthal. 6. de form. feud. q. 69. etiam fatuas & insulsas adcommoedet arg. l. igitur. D. de liber causa & ib. Dd. Tiraqu. de Penis. causa 43. n. 1. & seq. Quamquam autem text. d. c. 1. explicet quasdam caus- sas, illæ tamen non restringunt regulam. & clausulam generalem arg. l. damni infecti §. fin. D. de damno infecto. l. quasitum §. si quis in fund. D. de fundo inst. l. si vehenda §. idem iuris d. ad l. Rhodiam de lactu.

(γ) Bl. in extravag. pat. const. in vers. Vasalli nostri per Mar- tin. Laudensem in c. 1. de vasall. qui cont: constit. Lothar. Alber- ricus in l. preces C. de Appellat. Cardinal: cons. 128. Eleganter autem per Consequentiam hic poterit moveri quæstio? ecquid cesa- sante tali Impedimento iterum integrum tempus concedendum? Negativè respondemus: nõ enim ipso Iure cõservatur illæsus arg. l. 34. in fin. & 35. D. de servit. rust. prud. Ideoq; tantum resti- tuendus pro rata temporis amissi gl. fin. in c. si Electione in fin. de Election. in 6. Bl. Salicetus in Auth. et qui C. de temp. appell. quæ non obstat cum loquatur de Impedimento quod annum & diem excesserat & ipso Iure cucurrit. Laur. Sylvã. q. 49. Sed si primo anno feudo non ceciderit; de secundo movent Dd. & Sylvan. d. q. n. 6. dubian: Quoniam jura loquantur de primo anno c. Imp. § præterea de prohib. feud. alien. per Frider. neq; ex tendenda tanquam pœnalia ad secundũ annum arg. c. non pot. § 1. de præ- bend. lib. 6. l. boves § hoc sermone D. de V. sign. l. hæc conditio D. de condic. & dem. verum talis est hæc collectio ut ne quidem introducens Sylvan. illi fidat.

XI.

Exputatur autem inter Iustas causas ab ipso Iuris Consulto in c. 1. quo temp. mil. PRIMO quidem Mors Domini vel Vasalli intra annum & diem cum adornanda erat Renovatio, interve- niens (α) Eoq; calu de novo integrum tempus conceditur, ut, nõ cõputato fluxo antecessoris domini tempore, demum intra an- num

num & diem Vasallus ab Herede Domini mortui, sicuti è diverso Vasalli heres à Domino ipso recognoscere teneatur: si modo sit feudum antiquum seu paternum: (ε) Non autem ut rectè Feudistorum multi contrà Sonsbeckium deprehendèrunt, si sit feudum Novum, (γ)

(α) Laur. Sylvan. tr. de feudi recogn. q. 39. Rosenthal. de formâ feud. c. 6. concl. 74. & 75. Borcholt. c. 8. quando feud. amittantur. n. 8.

(ε) arg. l. si Iudex D. de Iudic. l. & ideò in fin. D. de V. Obl. Sylvan. de Recogn. feud. q. 40. Gail. 2. obs. 50. Hartm. tit. de feud. obs. 22. Veniunt enim jure proprio ex provisione primi Adquirentis, & quasi successorio edicto arg. l. 1. § quibus D. de succes. edict. § fin. Inst. de bonor. poss. l. 1. C. qui admitti ad bon. & c. Curtius p. 4. de feud. n. 51. Zasius p. 7. n. 7. Inde q̄ inferunt jus petendi Investituram ad heredes transire: eosq̄ antè Investituram faciendam intrà annum & diem habere utile Dominium. Quod quatenus Veritati Theoricæ consentaneum, cumq̄ c. 1. quid sit Investit. l. traditionibus C. de Pactis congruat disputatione tentabimus & tractat Sylvan. de Recogn. feud. q. 41. 4. tot. à quo Dis. Isernia & communiter Dd. in d. c. 1. quo temp. mil.

(γ) illud enim transit ad filium & successorem ex personâ patris mortui l. Æmilii l. etiam D. de Minor. l. cum antiquioribus C. de jure delib. Gail. d. obs. 50. Jacob. de Belviso Nicol. de Neapol. Alvarot. Præpos. & Modern. in d. c. 1. quo temp. mil. Curtius Junior in tr. feudal. in 4. p. n. 23. ac proinde juris conditionem strictè insequi debet Dis. Bl. in d. c. 1. Sonsbeck. p. 11. de feud. n. 12.

XII.

Planè in simili si inter heredes contentio de hereditate Domini defuncti emergat, relevatur à petendâ Investituræ renovatione Vasallus; usq̄ constiterit uter sit heres: (α) utut inter scribentes multi adfirment RENOVATIONEM petendam esse ab Actore, cum protestatione, (ε) vel ut Rosenthalius à Possessore. (γ)

(α) arg. l. si vero de Iur. patron. Sonsbeck. d. n. 22. vers. fallit. §. Schrader. p. 6. c. 2. n. 22. VVurmbserus de feudis obs. 25. Schneidew. p. 5. n. 38. Vultejus de feud. 1. cap. 7. n. 77. Rosenthal. 6. de formâ feud. concl. 89. Quod etiam ad Vasallum cui-

6

lis

lis mota fuerit extendunt: Matth: de Afflict: c. i. in pr: n. 6. quæ
fuit pr: causa Iacob: de ArdiZon: in tit: quibus mod: feud: amit:
§ quid si Vasallus: Tiraquellus de utr: retr: p. 1. § 1. gl: 10. n.
38. qui plures allegat.

(B) ne hæc petitio ipsi Domino præjudicet: arg: l. fin: & quæ ib:
not: C. de petit: herid: l. prætor ait D. de damno infecto. Rosenth:
concl: 89. cap. 6. Vultej. d. loc: n. 77.

(γ) arg: l. fin: C. de REI vindicat: & in § commodum Inst: de
Interdict: quæ sententia etiam arridet DN: Vultej: d. loc: Ro-
senthal: d. concl: 89. ArdiZo sub: tit: quibus mod: feud: amit:
Alvarott: in d. c. 1. Zasio p. 7. n. 7. vers: item & Vasallus:
VVurmbser: 6b: 25.

XIII.

Etiam Inimicitia capitalis (α) aliaq; graves (β) sine culpa
Vasalli natae, (γ) excusationem iustissimam merentur, (δ) si mo-
dò poterunt vel Iuramento frugi & boni fidelis, (ε) vel alijs pro-
bationibus firmis & specificis probari, (ζ) aded ut nec literis sal-
vi conductus credere, (η) neq; procuratorem mittere teneatur:
(θ) Quod & de Inimicitijs Vasalli & tertij intellexerim, nisi has
effugere suâ potentiâ & providentiâ Vasallus poterit, (i)

(α) d. c. 1. quo temp: mil: text: in Clem: pastoralis: vers: notorium
de re Iudicatâ. l. Licet l. non distinguemus § cum quidam. D. de
Recept: arbitr: l. si inimicitia D. de his quibus, ut indign: l. si pa-
viter D. de Liber: causa: Quæ autem possunt dici capitales Ini-
micitie Iudicis arbitrio secundum Sylvan: de Recogn: feud: c. 43.
& ab illo allegata, puto relinquendum; arbitrabitur verò Iudex
si concernant questionem status capitis omnium, & majoris partis
bonorum: Tiraqu: de nobilit: cap. 31. n. 180. Borcholt: d. c. 8.
n. 13. Hippol: in l. in criminibus § prætereâ n. 23. de quæst: Bar-
bat: cons: 16. lib. 2.

(β) Sylvan: q. 42. per l. 3. § non solum ubi Br: D. de Adim: legat:
(γ) arg: l. si Merces § culpæ D. Locati l. ex parte D. de adim: le-
gat: Iacobin: de S. Georg: in tr: feud: vers: qui quidem Investit:
præstit: Iuram: col: 13. Dd: & Frid: Schenk: in d. c. 1. quo temp:
Borcholt: c. 8. de feud: n. 15.

(δ) arg: l. illud D. ad L. Aquil: l. à Titio D. de furt: Præpos: d.
c. 1. quo temp: mil: col: fin: Disß: Andr: de Ifern: Alvar: Raven:
& alij. Quorum sententia non stabit Auth: ei qui C. de tempor: et-

enim

enim loquitur de tempore continuo, limitatoq; à Lege: In nostro autem casu utile præsupponimus; Schrader: p. 6. cap. 2. de feud: n. 64. Nec absurdum est ita inimicitijs fortè perpetuis in suspensio etiam perpetuum esse Recognitionem: dum hoc in Infantia Absentiâ &c. videatur decisum. Sylvan: d. q. 48. de Recogn feudi. (e) maxime si aliæ accesserint præsumptiones, utpote si Mina à potente & eas exsequi solito projectæ fuerint: arg: l. si negotia D. de Negot: gest: l. vel universorum D. de pignor: l. qui semisses D. de Usur: quales etiam validas contra homicidam præsumptiones ad torturam subministrant, ut annotant Speculat: in tit: de præsumt: § 2. vers: sed pone: Bl: post cap: in d. l. metum. Hippolit: c. Mars: in pr: § si diligenter n. 85. Fidelis verò sit bonæ famæ arg: l. scire oportet § sufficit D. de Excusat: tut: l. cum quidam § quod dicitur D. de Acquir: heredit:

(2) puta ut origo & causa ipsius inimicitia ostendatur: siquidem naturali ratione quilibet præsumatur amicus, ut signanter dixit Bl: in l. si quis testibus in fin: C. de testib: Felin: in c. fin: coll: pen: ext: de Except:

(x) cum hic agatur de periculo capitali ob quod fragilis est cautio text: singul: in c. accedens. cl: 2. ut lit: non contest: gl: in c. statutum § cum verò de Rescript: in 6. Sylvanus q. 45. de feud: Recogn:

(D) Sylvan: q. 47. Abb: Imola & alij post Hostiens: in c. ex parte per ill: text: ext: de Appellat: Dis: Bl: in tit: de Pace const: § sententiæ quoq; Br: disp: Bon: in 4. dubio:

(i) arg: c. cum Romanus de Offic: deleg: c. bonæ memor: Mog: de Elect: in d. Clem: pastoralis 16. Pisanaq; Civitas &c. l. 3. Ex quibus causis Major: Rosenthal: c. 6. de form: feud: concl: 48.

XIV.

Eodem modo accensetur illis à IVRISCONSULTO in d. c. I. ABSENTIA; in Domino quidem sive justa sive injusta: (α) nisi sit in vicinis locis, ubi requirendus est) (β) aut procuratorē reliquerit (ubi à procuratore petenda RENOVATIO: (γ) In Vasallis verò justa, (δ) considerata; ut procuratorem eo casu mittere non teneatur. (ε)

(α) Hotom: cons: 32. n. 13. Curt: Iun: p. 4. n. 49. Sylvan: q. 42. & seq. Vultej: de feud: I. c. 7. n. 74. Tiraq: de Retract: Lignag. § 9. gl: 2. n. 19.

(E) arg. l. sed & hos. §. 2. D. de procurator Schneidew. p. 5. n. 40. Curtius lun. p. 4. n. 49. Rosenthal. c. 6. concl. 88. aliter dicemus si in remotis locis degat per. l. pecun. §. fin. D. de usur. l. 1. §. dies D. quin appell. non etenim cum volante Domino volare necesse habebit l. Mævia in fin. D. de Annuis legat. Iacobin. de S. Georg. in tr. feud. verb. qui quid Investit. col. 13. Fulgos. conf. 7. col. pen. Sylvan. q. 72. de Recogn. feud. Qui verè locus dicitur propinquus vel remotus Iudicis itidem arbitrio relinquimus cum ArdiZ. Alvaro & communi Dd. sent. in c. 1. in pr. quæ fuit pr. causa.

(γ) Sylvanus d. tr. q. 73. n. 4. Sonsbeck. p. 11. n. 8. Schneidew. p. 5. n. 39. Lehenrecht. cap. 50. Schraderus p. 5. cap. 2. n. 40.

(δ) nempe Reip. causa. necessaria: non autem temeraria & voluntaria; Vultej. 1. feud. cap. 7. n. 74. Rosenthal. c. de form. feud. concl. 86. Schrader. p. 6. cap. 2. n. 41.

(ε) arg. l. sed etsi. procuratorem §. fin. D. ex quib. causis Major. Sonsbeck. p. 11. de feud. n. 19. Schneidew. p. 5. n. 41. Vultej. 1. de feud. cap. 7. n. 74. Diss. Sylvan. de Recogn. q. 74. qui alios plures allegat.

XV.

De Infamia verò Domini Moder. Neapol. dubitant? Nos cum Sylvano si Dominus majori excommunicatione excommunicatus fuerit, aut Bannitus aut hæreticus excusandum esse Vassallum: Idemq; de Infamiâ ipsius Vassalli non ignari quod multi diversum sentiant adfirmabimus.

(α) arg. c. 1. quo temp. mil. Schneidew. p. 5. n. 41. Schraderus p. 6. c. 2. n. 53. quia cum tali nullum potest. haberi commercium c. excommunicatos cum simil. 11. q. 3. & in c. 1. in pr. Hic finitur LEX c. absolutos ext. de Hæretic. Diss. Mod. Neap. in d. c. 1. coll. 10. quod liceat servis & Mercenarijs sine Reatu excommunicationis participare cum domino c. quoniam multas n. q. 3. C. inter alia ext. de sent. Excomm. sed est diversitas in exemplo idèq; illâ ratione non erimus contenti. Sylvan. de Recogn. feud. q. 69.

(E) arg. l. si ab hostibus D. solut matr. l. verum §. tempus D. pro socio. l. sive hereditaria D. de negot. gest. Sylvan. d. q. Vultej. c. 7. de feud. n. 73. MoZZ. de feud. subst. n. 45. vers. 4. Schraderus p. 6. cap. 2. n. 53. Rosenth. de form. feud. c. 6. concl. 86.

Illud

XVI.

Illud autem dubio caret Incarcerationem etiam justam præbere excusationem, siue culpâ suâ, siue non Vasallus detineatur; (α) pleriq; tamen existimant eum procuratorem mittere oportere; à quâ sententiâ nosmetipsi in totū non alienamus. (ε)

(α) arg. l. contumacia § penam D. de RE Iudicatâ l. de Vnoquoq; § sed etsi procuratorem in pr. D. d. t. Barthol. in cons. 228. circa fin. Socyn. cons. 80. in q. coll. fin. lib. 3. Hippoll. de Marsil. in pr. sua in § sequitur n. 31. Albert. Brunus. cons. 45. coll. 2. Præpositus in d. c. 1. vol. 5. vers. quod intelligite.

(ε) l. Papinianus exuli 20. D. de Minor. l. sed etsi per 26. Ex quibus. causis major: Sylvan. q. 76. n. 21. Rosenthal. in formâ feud. cap. 6. concl. 90. Ehenrecht. art. 24. Schaderus p. 6. c. 2. n. 45. Vultejus I. de feud. c. 7. n. 78.

XVII.

Tandem succedit urgentissima excusatio; si tertius REM feudalem, cujus nomine facienda Renovatio, possederit; quo casu tempus currit demum à die Possessionis receptæ (α) nisi dū potuerit, rem à possessore avocare lupinâ quadam olcitantia supersederit. (ε)

(α) arg. l. forma § si cum ego D. de Censibus Dd. in c. 1. qui fuit pr. causa benef. amitt. Curtius lun. p. 4. n. 43. Paris. de Puteo de feud. redintegr. C. 42. n. 21. Tiraquellus de retr. Lignag. § 1. gl. 10. n. 38. Rol. à Valle cons. 18. n. 17. vol. 1. Goeden. cons. 13. n. 19. Pistor. 2. q. 20. n. 31. add. Sylvan. q. 76. n. 4. & quest. Rosenth. d. c. conc. 50. propositam.

(ε) fingitur n. tum possidere ex quo negligentia & mora sua operatur arg. l. sed etsi § vers. sed nec eos D. ex quibus causis Major. Imola in d. c. 1. in pr. ext. de feud. & Paul. de Castro in cons. 158. cons. 213. Sylvan. d. tr. q. n. 20: & seqq.

XVIII.

Quemadmodum & his superioribus non incommodè adso-
ciatur, OMNIS metus justus qui in virum constantem cadere
poterit: cujusmodi est BELLVM (α) LATRONVM INCVR-
SVS (ε) MORBVS fonticus (γ) Pests, (δ) &c. Quorum tamen
omnium exputatio Bono & æquo Iudicis arbitrio relinquenda
erit. (ε)

(α) per l. 2. § si quis tamen cum § seq. si quis caution: l. si ut cer-
to § quod vero & seq. D. commodati clem. pastoralis de RE Iu-
dicat: Sylvan. de Recogn. feud. q. 50. & 62. n. 3. Sonsbeck. p. II.
n. 23. Rosenthal. d. concl.

(β) arg. c. ex parte de Appellat. Sylvan. q. 62. Borcholt. d. c. 8.
n. 21. Rosenthal. de concl. Schneidew. p. 5. n. 49.

(γ) Mozz. de Substanti. n. 45. vers. 2. Rosenthal. c. 6. concl. 99.
Vultej. de feud. 2. c. 7. n. 83.

(δ) Sonsbeck. d. p. II. n. 20. Wesenbec. c. 8. n. 7. Schraderus
p. 6. c. 2. n. 42.

(ε) arg. l. 1. D. de Iure delib. Dd. passim in c. 1. quo. tempor. mil.

XIX.

Sed pactum quoddam intervenit ita ut etiam si Vasallus re-
cognitionem in tempore debito non fecerit, neutiquam tamen
feudo caderet? Dubitationis aliquid reliquum esse quo minus
valeat pactum non agnoscimus.

Potest haec quaestio examinari ex illis quae annotavit: Sylvan: de
Recogn. feud. q. 78. & dicta sunt in superiori disputatione de
pactis feudi.

XX.

Alla vero quaestio est in dubio nec incelebris an ita impeditus
ante lapsum terminum protestari debeat? Alij protestationem
esse necessariam adfirmant (α) alij negant; posteriori sententiae
subscribere procliviores sumus (β)

(α) arg. c. fin. in verb. protestatione facta de Appellat: ponderan-
do dictionem dummodo quae est in futurum suspensa l. fin. C. de his
quae vi Met: causâ l. de pupillo. § si quis ipsi D. de operis novi
nunt: Alvarot. in c. 1. n. 6. quae fuit pr. causa. Curtius. Lun. p.
4. n. 49. Villalob. litt. 5. n. 4. vers. nec protestari.

(β) l. 2. § fin. D. si quis. caution. ubi qui detentus à magistratu
non comparuit excusatur, nec tamen textus illam protestationem
exigit l. 1. D. Ex quibus causis major: l. quastum D. de Re Iudic.
Jacobus de Belviso & ferè alij in d. c. 1. Sylvan. de Recogn. feud.
q. 86. quae aliquot casus accenset: Consultius tamen esse probati-
onis ergo protestationem praemittere plurimi existimant Rosen-
thal. concl. 100. c. 6. de form. feud. sive facto domini vel Vasal-
li sive casu fortuito obveniat impedimentum: Praepos. in c. 1. qui
fuit pr. causa Alex: & Iason in l. 2. §. quod diximus D. si quis
caution. s. ex transmissa ext. de praescript.

Post-

XXI.

Postquam autem Dominus ob non petitam Investituram Vasallum conveniret ingratitude & contemptus; utrum impedimenta solum debeat allegare, an etiam addere probationem suæ diligentiae minimè expeditum censemus? sufficere contra communioem Doctorum sententiam putamus nudam allegationem Impedimentorum.

l. Hac stipula: § divus D. ut legat: nomine caveatur. l. non. cogendum § Sabinus cum similibus, D. de procurat. Sylvan. d. tr. q. 85. qui hanc controversiam optimè explicasse videtur Phil. Decius in c. ex ratione coll. II. ext. de Appel. l. si quis in gravi D. de Senatus Consulto Syllian. Unde si Vasallus non tulerit opem omninò perituro Domino quod excusetur concludo per text. in l. si alio § est si alius ib. adibus perituris D. quod vi aut clam. And. Isernia in c. 1. quo temp. mil. Diss. Innocent. & omnes in c. ex transmissa ext. de Præscript. per l. qui commeatus & ib. not. Br. D. de RE militar l. sed etsi per prætorem § si feria D. ex quibus causis major. Alex. cons. 49.

XXII.

Qui ergo neq; has excusationes habuerint, neq; RENOVATIONEM Investituræ petierint intra tempus anni & diei debitum, illi, quamvis multi aliter opinentur, non quidem ipso Iure sed mediante Iudicis sententia meritò à feudo cadunt (α) & Domino illud quoad possessionem & proprietatem aperitur, si sit feudum novum non autem si sit feudum paternum, (β)

(α) hujus dubij investigationem valde utilem esse, cum ratione fructuum mediij temporis tum ratione modi proponendi actionem qui diversus erit, dicit Sylvan. de feud. recogn. q. 22. Alvar. in c. 1. § sed nec est alia col. 3. quæ sit pr. causa benef. Alb. Brunus cons. 41. circa fin. Et sanè videbatur sententia contraria arripienda ex c. 1. ubi. dicitur quod perdat feudum ext. de Capit. Corradi C. Imperialem § præterea in verb. feudum amittit & c. de prohib. feud. alien. c. 1. in pr. quæ sit pr. causa benef. amit. l. fin. § fin. C. de Iure Emphyt. & ib. gl. Salicetus in l. 2. C. de Iur Emphyt. coll. 2. vers. ut & hoc, per l. commissa D. de publican. Ut hinc quidam distinguant inter nudam negligentiam & inter fraudem delictumve Bl. in c. 1. in verb. cadat quo temp. mil. & c. Siquidem super culpis & delictis semper causæ cognitio necessaria sit. Angel.

Angel: cons: 321. Iacob. de S. Georg: in tr. feud: in verb: qui
quidem Invest: col: 2. vers: item dubitat. Curtius Iun: in tr: feu-
dal: in 4. pr: in 5. q. 3. Nos autem istis textibus neququam mo-
vemur et nihilominus dicimus esse sententiam Iudicis necessariam
per c. 1. in pr: per verb: damnetur quod Iudic: competit. Sylvan:
d. loc: in fin: per verb: convictâ culpâ quo temp: mil: per text: in
c. 1. de feud: sine culpa non admitt: Hostiens: in summâ de feud:
§ quib: mod: seu causis vers: posset autem: Andr: Isernia in c. 1.
in pr: quæ sit pr: causa benef: amitt: Guido Papæ decis: 164.
Alex: cons: 124. col: 3. lib. 1. Sylvan: d. tr: q. 22. qui quæstio-
nem illam utrum quando pœna inferatur à Lege inferatur ipso jure
nec ne, distinguendo variè inter pœnam Obligativam Adflictivam
& privativam examinat.

(E) Andr: Ifern: in c. 1. quo temp: mil: quem ib: Alvarott: sequi-
tur col: X I I. Præpositus in d. c. 1. Mart. Laud: in c. Imperia-
lem § præterea: de prohibet: feud: per Frider: Adflict: in. d. c.
1. & quos plures citat Laur: Sylvan: q. 87. Dissent: Speculat:
in tit: de feud: in addit: Incip: directè tradit: Paulus Castr: in l.
Adoptivum § patronum D. de in jus vocando Alex: cons: 10. col:
2. in fin: vol: 3. Ioan: Rainald: in d. § præterea: Si quis in feu-
datus per ill: text: Curtius Senior cons: 47. col: 5. Iacob: de S.
Georg: in tr: feud: in verb: qui quidem Invest: præst: col: 12. vers:
rursus quero.

XXIII.

E converso, Vasallo Investituræ Renovationem petente, si
Dominus distulerit, ille an feudi proprietate in tantum priva-
bitur, (α) postmodum ut Vasallo debeat applicari? (E) Vtrumq;
communiter ut adfirmatur sic & nos adfirmandum censemus.

(α) quoniam Vasallum inter & Dominum æqualitas servanda
est, & quod in uno statuitur pariter in altero est statuendum. c. 1.
in fin: de formâ fidelit: c. Domino committente si de feudo def:
fuerit contro: & statutum in uno quod correlativorum censetur
etiam in altero inductum: gl: in c. 1. hic finitur LEX: Iacob: de
Belvis: Nicolaus de Neapol: Alvar: & alij in c. un: § nulla:
per quos fiat Investit: Guido Papæ decis: 168. quemadmodum &
Dominus permittens Vasallum perire privatur omni Iure Vasal-
lagij, æquè ac Vasallus. Neq; obstat quod Renovatio Investituræ
introducenda sit favore ipsius Domini & recognitio est census qui-
dam

dam Reverentiæ ergò Domino debitus. Elenchus enim est causæ et
alia est ratio RECOGNITIONIS introducta, ut ex thesi
hujus disputationis primæ videre licet: adde *Vurmser: in obs: tit:*
de feud: cap. 30. & Hartm: eod: tit: cap. 9. gl. 11. § fin: per quos
fiat Investit: Diss: Sylvan: q. 32. qui etiam alios allegat.
(6) ibi tum directum Dominum consolidatur cum *Vili gl: in d. c.*
1. qualit: Dominus propr: feud: priv: Aretin: cons: 14. col: fin:
nonnulli tamen eam superiori Domino applicant: Præpositus in
d. c. 1. col: fin: de formâ fidelit: varias igitur ad hancce evitan-
dam difficultatem comminiscuntur Dd: distinctiones Aretin: in d.
cons: 14. col: fin: Modern: Neapol: decis: 255. in 8. fallent.

X XIV.

Quid autem dicemus Vasallus quidem petitione, postquam
moram commiserit effluxo anni & diei tempore renovare
præsumit: Dominus verò moram oblatione Investituræ novæ
corrigeret studet? Uterq; ne audiendus? Maxima est circa hunc
articulum Majoris auctoritatis Jurisconsultorum dissensio, qui
negativam adferre suis rationibus sententiam illos proprio-
res Veritati adstitisse defendemus.

Quia contra Legem non admittitur purgatio Moræ arg: l. Episto-
la § 1. D. de Pactis l. quero § inter D. Locati & ubi dies & pæ-
na adjecta est, non admittitur purgatio Moræ l. trajectitiæ § de
illo D. de Action: & obl: l. Magnam C. de contrab: & coram: sti-
pul: & durius agitur cum Lege quam cum homine l. si libertus
D. de Iure patronat: arg: c. 1. in pr: Quid insit si Vasall: post alien:
feudi illud recuper: l. 1 § si rem D. depositi ubi qui feudum alie-
navit redimendo non poterit recuperare illud: adde l. quis sit fu-
gitivus in pr: D. de edilit: edict: siquidem jus alteri quæsitum non
possit absq; facto illius tolli l. id quod nostrum D. de R. Iur. c. qui
Clericus si feudo fuerit controv: inter: Dn: & Agnat: Quamvis
etiam hic & alia causa possit annecti, quod non petendo RENova-
tionem videatur Dominum contempsisse c. cupientes § quod si de
Election: in 6. c. 1. in pr: quæ sit pr: causa benef: amittit: non po-
terit moram purgare arg: l. si quis major: C. de transact: maxi-
mè cum Clementiores Lege minimè esse debeamus. § oportet in
Auth: de Iudic: Nec quem ad contrariam sententiam perducere
poterit: quod ubi dies adijcitur ibi admittatur purg: Moræ. l. si
ita quis § Seja. D. de V. obl: l. si cum dies § fin: l. Celsus D. de
D arbitr:

Arbitr. Id n. falsum est cum in d. §. Seja. pena nondum erat expressa licet dies erat expressus dicente Br. in d. l. si. Insulam in 6. oppos. Ut neq. permoverit quod purgatio mora inducitur su ex equitate l. si servum § sequitur D. de V. Obl. cum potius contrarium suggerat; odium enim contumacia illum equitatis respectum minime meretur. De intellectu c. potuit ext. Locati, laborabimus in disputatione adde Sichard. ad l. 2. n. 11. C. de Iure Emphyt. Borcholt. de feud. cap. 3 n. 92. Cujac. in l. 23. de Obl. & Act. & tr. ad African. pag. 312. & seq. Donellus in d. § sequitur n. 19. Goeddeus in l. 12. § 1. n. 10. de V. sign. Diss. Sylvan. de Recogn. feud. q. 27. Rosenthal. c. 6. concl. 170. Guido Papa decis. 164. & 166. Clarus q. 49. n. 9.

XXV.

Si tamen non attento quod Moram commiserit Vasallus nec purgarit nihilominus Dominus post annum & diem recipiat servitia? Num quid dicemus Moram & ingratitude remissam esse? Etiam si expressa accesserit contraria pro Iure Domini conservando protestatio (α) Adfirmativam illo in casu ediffertabimus sententiam.

arg. l. Celsus ubi gl. D. de Arbitr. l. fin. in fin. D. de Eo quod certo loc. l. post. diem D. de leg. commiss. Speculat. in tit. Locat. § nunc aliqua vers. 23. Alb. Brunus Gons. 107. Laur. Sylvan. de Recogn. feud. q. 39. Aliquos sane fallentias annotavit hujus Theses Schraderus quarum illam quod hac receptio servitorum quoad prejudicium agnatorum non valeat, ad quos feudum propter Investituram non petitam reverti debet Curt. in tr. feud. §. p. n. 12. Præpos. & Matth. Afflic. in d. c. 1. in pr. quo tempor. mi. Alvar. & Præpos. in c. 1. §. fin. qui fuit pr. causas non acceptabimus siquidem Iuri nondum quæsito sed querendo possit renunciari arg. l. qui autem §. in pr. D. de his quæ in fraud. credit. l. fin. C. de Acquir. possess.

(α) talis enim protestatio est ipsi actui contraria arg. c. cum Ferrar. ext. de constit. c. sollicitudinem in fin. ext. de Appellat. Socyn. cons. 4. col. 6. lib. 3. Diss. Dd. Cardin. Butr. & Incola in c. potuit ext. Locati Decius cas. 160. col. 3. vers. præterea dai. tol. 1. Roman. sing. 511. & c. Capella caut 45.

XXVI.

Ut vero sollempniter fiat hæc RECOGNITIO debet eam Vasal-

Vasallus petere reverenter obsequiosè & cum sollicitudine, (α) interveniente brevi ut appellant (β) testato eaq̄, solemnitates ita non possunt thesibus describi eum variant (γ) In aliquibus tamen locis plerumq̄, RELEVIVM, TREZENVVM LAV- DEMIVM aut CAP soldus est solvendus, &c.

(α) Vultejus 1. de feud. 102. cap. 7. Laur. Sylvan. q. 94. Schrad- derus p. 6. d. 1. n. 19. Zasius p. 7. n. 13. Schneidew. p. 5. n. 57. poteris huc perpendere c. 1. quo temp. mil. c. 1. in pr. qui sit pr. causa benef. amit. l. Imperialem § praterea D. de prohib. feud. alien. per Prider. Ideo planè non sufficit intra annum & diem Dominum feudi accedere, eiq̄ significare prædecessorem suum feudi possessorem mortuum vel alium casum Investitura petenda evenisse arg. l. scire oportet 15. § scire autem D. de excus. int. l. 1. D. de Libell. dimiss.

(β) c. 1. & ib. Dd. qui testes sunt necessar. Rosenthal. de form feud. concl. 112. vnd das man sich teglich nach den lebenbrieffen richtet vnd heldt annotat. Schneidew. p. 4. n. 29. de feud.

(γ) Sylvan. q. 20. Bl. in Auth. quas ruinas Col. 2. C. de SS. Ec- cles. per L. his verbis § fin. ubi Dynus D. de Legat. 3. Alex. cons. 5. vol. 5. Afflictus in c. 1. col. 2. quo temp. mil.

(δ) aliquot enim casus exceperunt Sylvan. præc. q. Dd. quos ibi videre majoris complementi ergo licet, cum hæc uti dixi quæstio ex cujuslibet territorij aut curiæ consuetudine et pactis specialibus sit dijudicanda teste Rosenthal. & alijs. Illud prorsus indubium est si plures fuerint casus Investitura petenda plura solvenda esse relevia Schrader p. 6. de feud. cap. 5. n. 26. De quibus post. Dd. latiss. Amad. de Ponte in qq. laudemialibus per tot.

FINIS.



IOHANNES GATLCHIRCHIUS

^{ἀναγ.}
CONSCIA IURIS, EN VIGILA.

CONSCIA mens JURIS! quid FANE mo-
rare minacem

Qui dentem in Casia mittit, et in Cythisum!
Summa petit Livor, quisquis Livore perustus,
Semper-projecta conditionis homo est. (altos
Namq; humiles animos saltē occupat; impete in
Nunquam et non fertur caeca frequente Dea.
Summ9 Aristoteles, Plinius, Maro, Flacc9, Ho-
Senserunt flatus Zoile vane tuos: (merus,
Esto altus, frustra livent rubigine dentes,
Hoc didici, invidia nil valere mina!
Quoq; magis virus dirum expuit, exsere vires
Hoc magis ingenii Candide FANE tui.
Et, facis ut, crebro felices edito foetus:
Quid moneo? EN VIGILA, praeses honoris
adeſt.

ALBERTVS VVICHGREVIUS.

155054

AB 155054


ULB Halle
004 829 352

3




VD 17






155





B.I.G.

Farbkarte #13



LLEGII FEUDALIS
DISPUTATIO X.
RECOGNITIONE
FEUDI,

Quam,
D. O. A.
IDE AMPLISSIMO
ULTISSIMO VIRO, DN. THO.
NZIO, IC. Clarissimo, & Professore
in Includatâ Vitembergâ Ordinar.
Publ. defendere conabitur
N: GAILKIRCHUS,
Hamburg.
7. Ianuarij, horâ VI. & seqq.



VITEBERGÆ,
M. Georgij Mullerj,
Anno M. D. XCVII.

12

